Universitätsbibliothek Paderborn

De scholasticæ Theologiae Vanitate, qua superioris ætatis homines, doctrinam & religionem suam tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Abrogatione legis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

actum pręceptũ, quo tempore præceptus eſt, quoad affirmatiua, aut oppoſitũ faciẽdo, quo ad negatiua. Secũdo modo obſeruando quidem ad literã, hoc eſt, actũ pręceptum exercendo, & prohibitũ omittendo, non tamẽ ex charitate. Tertio modo utrunq; implendo propter deũ finaliter ex charitate. Primus tranſgreſſor eſt, & peccat mortaliter, tertius meretur uitam æternam, ſecundus non meretur, neq; peccat, niſi forte in eo tempore, quo tenetur mereri, ut in dominico, quo tenetur actualiter eligere dilectionem Dei ſuper omnia, aut dum tenetur ſe preparare ad ſacramenti ſuſceptionem.

De conſilijs uide infra locum de concilijs & conſilijs.

DE ABROGATIONE legis.

Abrogatio legis eſt tantũ abolitio literę legis, nõ dominij, tyrannidis &c. ipſius legis, quę poſtrema noſtra legis impletione tolluntur.

Abrogatio legis eſt tantum extinctio Moſaici regni aut politiæ Moſaicæ.

Quia infinitæ erant Iudęorum leges, igitur Deus conſulens noſtrę infirmitati, legum multitudinem abrogauit.

Ceremoniales & iudiciales leges tantum abrogatæ ſunt, Morales relictæ ad iuſtitiam pro peccatis coram Deo.

In